numquamque verba existent, quibus ipsas debite proferamus.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Maximum encomium resultat nostro divino Josepho ut custos Christi Domini.*Ipse Joseph est totius cœlestiæ protector. ℣ Qui panem vitæ de cœlo servavit. Ipse....

## —DIA 24 DE JULIO.—

### LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Ex quibus etiam licet intelligere, intercecisse inter Mariam et Joseph, et inter Jesum et Joseph singulare vinculum mutui amoris, ac perfectissimae amicitiae, quae intrinsice oriebatur ex dignitate et statu ad quem hic vir assumptus est.—*Suar.*—Amicitia mutua esse nequit absque utriusque dilecti amabilitate; ergo amabilitas S. Josephi tam a Maria quam a Jesu, oriebatur a Josephi dignitate et statu.—*Eguiara.*— Sanctissimus Joseph constituto sua paterna dignitate, etiam precisive a gratia est apud Deum prae reliquis sanctis intercessione potentior.—*Eguiara.*—S. Josephi patrocinium efficacissimum et universalissimum attestatur, quae a Deo accepit, charismata refert, magnopere exoptans, ut ab omnibus S. Patriarcha eximia devotione, suspiciatur et celebretur.—*Eguiara.*

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Potens est Joseph auxilium tuum ad salutem. *Cum Filio tuo Jesu, cum Sponsa tua Maria. ℣ Et non indiges alio ad Deum intercessore. Cum....



### LECTIO II.

*Salvator mundi vocari debet Joseph immaculatus.*

Juxta omnes Sanctos Patres, Doctoresque Ecclesiae, devotio erga Mariam Matrem nostram, praedestinationis signum est certissimum; nos, in diebus nostris, idem dicere possimus, quoad devotionem erga Sanctum Patrem nostrum Josephum, tum sua summa eficatia intercessionis ejus, tum quia Sancti Josephi devotio, inseparabilis est devotionis Mariae. Hæc potestas tam magna, tam singularis, tam extraordinaria, tam supernaturalis et tam divina, Sancto Josepho tantum pertinet, quia Pater est Jesu; et potestas, quae praefigurata fuit, in potestate qum in Ægypto Joseph filius Jacob habebat, nostri Josephi, figura. Alia ex parte, convenire debemus, ut multo magis Jesus secundum Josephum, quam Pharao primum amabat. Et si Pharao huic tantam dedit in regno suo potestatem, ita, et majorem Jesus illi potestatem in regno coelorum dedit. Et ut Filius Jacob domus sui aeconomus fuit, omnis Ægypti terrae potens, qui in nomine suo et sua auctoritate omnia ad nutum ejus imperabat, omnes de fame salvando, et hac de causa Salvator mundi vocatus; ita immaculatus noster Joseph, cum auctoritate Jesu et Mariae agendo, omnes quot eum invocant in diebus, nostris salvat. Josephum ex toto corde nostro diligamus.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Ex divino Josepho Sponso cognoscimus B. V. Mariam.*Ejusdem substantiæ nobiscum fuisse. ℣ Ut corpus Christi ejusdem esse Sponsus ejus. Ejusdem substantiæ....

## LECTIO III.

*Tota nostræ lætitia est in manibus Joseph.*

Per talem et tam terribilem epocham, tamquam Instituti Domini nostri Sancti Josephi membra, transimus, ut dicere possimus, eam esse periculorum plenam; et dum ad Jesum imus, ut pietatis oculis nos videat, quoniam omnes secundum ejus voluntatem agere volumus, nobis respondit, Ite ad Joseph, et quodcumque vobis dixerit, facite. Et dum sorores nostrae josephinae diligentes ad dilectissimam matrem suam V. Mariam accurrent, simili modo ipsa eis respondit; Ite ad Joseph et quodcumque vobis dixerit, facite. Cum nos in majoribus aerumnis videremur, pericula die acnocte habentes; pericula extra domum, et pericula adhuc intra domum; pericula in mare, et pericula in terris; pericula ex inimicorum parte, et pericula majora, si ita fas est dicere, ex amicorum parte, non possimus non ad Josephum accurrere, ad Josephum clamare, eumque petere ut nos perieutes salvaret, nam e contra nostrum sanctum periebat Institutum una cum familiis quae ipsum efformant. Tunc Dominus Joseph nobis solatium dedit a tristitia liberavit, nosque in abysso quod mensurari nequit purioris laetitiae submersit. Et hoc nec extraneum videtur fuisse uno tantum membrum ambarum josephinarum familiarum quae Institutum efformant, et tamen omnes hoc experimus, scilicet, quod Joseph æconomus est Domus Dei, et Joseph præsidens regni cœlorum est. Quod Joseph in manibus suis potestatis Jesus et Mariæ annulum habet; et si omnes Christi gratiæ per Mariam transeunt; omnes Jesu et Mariæ gratiæ, per



Josephi manus transeunt, quia Sacræ Familiæ caput est.

Nos haec sublimia, &c.

℞ Deo gratias.

℞ Coeleste hoc matrimonium convenimus fuisse. *Pro Christo Domino, pro B. Virgine et pro Sanctissimo Josepho simul. ℣ Quia in eo plantavit Dominus paradisum voluptatis. Pro Christo....

# —DIA 25 DE JULIO.—

## LECTIO I.

### —EX DOCTORIBUS.—

Dominus Jesus, Josepho in terris subditus fuit, in coelis libens omnia concedit, quae Joseph postularit atque petierit —*Egui.*—Nihil Josepho a Christo et Deipara ex iis quae postulaverit denegandum.—*Egui.*—Vis intercedendi apud Deum convenit Josepho; et Deum potius et citius exauditurum Joseph; et praecisa ratione Paternitatis.—*Egui.*—Invenies Sanctissimum Josephum constitutum in esse Parentis Dei hominis; in statu perfectissimae amicitiae cum Jesu —*Egui.*—Perfectissima et mutua amicitia inter Joseph et servatorem rerum, intrincese oriebatur ex dignitate et statu ipsius, ex amabilitate tam activa quam pasiva utriusque.—*Egui.*—Dignitas Sanctissimi Josephi per se constituit statum supernaturalem, cui debentur moraliter operationes supernaturales requisitae ad obsequendum et serviendum Deo homini et ejusdem Matri.—*Egui.*

Nos hæc sublimia, &c.

℞ Deo gratias.

℞ O bone Joseph, ave ut vallum fidelium et mundi salus.*Ave Refugium peccatorum et tranquillus

portus. ℣ Ave propitiatorium laborantium et animae meae spes bona, et auxilium nostrorum omnium.— Ave Refuguim....

LECTIO II.

*Immaculatus Joseph liberabit nos de laqueo —venantium.—*

Oppugnationes magis aut minus adversus nostrum sanctum Institutum directas, religiosum spiritum non pancorum nos favore desiderantium extenuarunt; et vi tantarum adversus nostram pauperculam existentiam molitionum traditorum, ex omnium parte in particulari, angores nos vidimus, dum singulo in anno videbamus, humana protectio in uno gradu ducendebat, relate ad quod antea eramus, et nobis videbatur, omnes in abyssu nihili ad cadendum ambulare, in Ecclesia Dei non essentes, tamquam religiosus coetus. Sed quis de abysso qui ante pedes nostros habemus apertus liberabit nos? Joseph, dilectissimus Pater noster! Joseph charissimus Fundator noster! Joseph, diligentissimo defenssor noster! Et Joseph tandem, qui cum Jesu et Maria familia exemplar efformat omnium coeterum religiosorum: nos omnes nonuam habemus talem abineunte aetate nostra, ut omnes et unuaquaeque rerum nostrarum exemplar fidelissima domus Nazareth sit. Absque dubio in Sacra Familia, Joseph inferior Mariae; sed certum est, ipsum substitutum Patris coelestis esse, et ipsius auctoritatem in terris exercere, et hoc sufficit, ut Maria et Jesus illi subditi sint et obediant. Jesus est Sol Justitiae; Maria Speculum est sine macula justitiae Jesu; et Joseph habet per unicum officium, voluntatem Patris coelestis facere; et semper, in omni occassioni, tempore et in omni momento



omnibusque in operibus eam fecit, semper cum perfectione absolutiora post Mariam; nec alio modo esse potuit, quia noster immaculatus Joseph liberabit nos delaqueo venantium.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Quievit Deus in Joseph corporaliter.*Quievit spiritualiter per modum gratiae gratum facientis. ℣ Quievit fiducia et cura desponsans ei Matrem et vocans illum Patrem. Quievit....

LECTIO III.

*Domus Joseph, domus orationis vocabitur.*

Joseph in Nazareth domum suam habebat: domus ejus proprie templum Dei erat; innocentiæ erat mansio, sancti sanctorum habitatio, ibique Filius Dei per triginta annos permansit. Numquam quæ in illo regnabat, pacem remorsus turbavit, quoniam Joseph qui paradisi vocabatur Angelus, ingressum ejus custodiebat. Dum puer erat Jesus, Joseph contra sinum suum amplectebat, et super ejusdem frontem oscula imprimebat; atque dum divinus infantulus os suum aperuit, ad primigenia verba proferenda, Joseph primus qui ea collegit. fuit, ut in sempiternum in corde suo ea servaret. In mensa, Joseph juxta Incarnatum Verbum sedebat, et in suo lignario laboratorio, se ab ipso Dei Filio videbatur in laboribus adjutum. Quis sapientiæ et virtutis thesauros quos sparsit Verbum divinum in corde Josephi per triginta annos, poterit enarrare? Quis partem quam Joseph ab iis quæ divina ejus Sponsa, tamquam decursus aquarum immensus, sine intermissione super suum cor spargebat purissimum poterit saltem signare? Vere, qui tantarum gratiarum fructus

acciperet, tamquam metha, habere debuit singularem immaculatæ conceptionis gratiam, tamquam prima Sacræ Familiæ qualitas. Etiam in nostro Josephino Instituto, veluti mysthica Nazareth domus, aliquid similium gaudiorum inveniri potuerit, aliquid tam perfectum, aliquid privilegiorum inimitabilium, itaque semper erit, ubique in omni occassione, si juxta vocationem nostram quod esse debemus sumus; atque de facto hoc erimus, media observantia Regularum nostrarum.

Nos hæc sublimia, &c.

℞ Deo gratias.

℞ Divinus Joseph in paupertate semper in laboribus multis.*In persequutionibus frequenter. ℣ Et in sudore vultus sui panem Christo Domino, ad vescendum quæsitabat. In persequutionibus....

## —DIA 26 DE JULIO.—

### LECTIO I

—EX DOCTORIBUS.—

Dignitas parentis Christi constituit Sanctissimum Josephum in statu cui debetur moraliter Dei dilectio supernaturalis; et constituit Joseph proxime potentem diligere supernaturaliter Deum.—*Egui*.—Deus homo est vere, juridice, supernaturaliter Filius Sanctissimi Joseph; et potest ipsum diligere dilectione supernaturali.—*Egui*.—Generatio Mariæ uxoris suæ, cooperante Spiritu Sancto, pertinet formaliter ad dignitatem Sanctissimi Josephi: in ea siquidem stat paternitas voluntaria et virginalis Dei hominis, ita ut Jesus sit de facto Filius Josephi.—*Jos*.—Dignitas Sanctissimi Josephi est quædam participatio naturæ divinæ; vi propriæ dignitatis habuit jus in Filium purissimum ab uxore sua generatum; et habuit jus in Filium cujus est gloria; ergo in ipsam gloriam.—*Jos*.—Sanctissimus Joseph vi propriæ dignitatis fuit Rex cœli, (utique post Filium suum qui est Rex regum et Dominus dominantium,) cum jure ad gloriam.—*Egui*.



Nos hæc sublimia &c.

℞ Deo gratias.

℞ Appellamus nostrum potentissimum Josephum. *Commune tam filiarum quam filiorum Josephinorum propitiatorium. ℣ Eumque terribilem ut castrorum acies ordinata, contra inimicos nostros. Commune tam....

### LECTIO II

*Potentissimus Patronus totius Universalis Ecclesiæ*

In temporibus nostris, non pauci vocatorum ad Instituta religiosa efformanda, a Deo emancipari tentant, quia sicut in diebus diluvii, omnis caro vias suas corrupit. Ad innumerabilium hominum, mulierumque salvationem, a Deo ad perfectam vitam ductorum a gratiæ torrentibus latorum, et a misericordiæ profluentibus firmatorum, et infeliciter non ingressorum in monastica Instituta, aut ab illis inconsulte egressorum, Deus Josephum destinavit, qui tamquam Ecclesiae Universalis Protector, omnes homines et mulieres vocat, ut sui divini Instituti partem efforment; nam si ingrati quod antea habebant amiserunt, hodie mille, milleque faciant conatos, rursum in suum Institutum ingredientes, quod veluti catholicæ Ecclesiæ arca sancta, omnibus securum salvationis locum offert. A cœlo Joseph, ut lapsi domus Nazareth fortunatæ reminiscant facit, nos vocat,

nosque invitat ad ingrediendum in suo sancto Instituto, ut reminiscentes pacis et delitiæ quæ ibi gavisæ sunt, ad eum imitandum statuamus, quod quidem faciemus, media sanctarum Regularum observantia, quas ipse nobis dedit. Omnia josephina membra tam Sacram Familiam imitaremur, omnes beneficia consolatiora colligere poterimus, omnes veras coeli delitias gaudebimus, omnesque a præoccupationibus et mendatiis liberi, quæ homines et mulieres patiuntur, vitam suam religiosam perfacientes, vitam sanctam aggrediuntur quae ad vitam æternam ducit.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Quantæ dignitatis Christus esset, quantæ Virgo, quantae Joseph Sponsus ejus.*Ignorabatur a mundo. ℣ Sed per divinum Josephum ipsa et sacrosancta mysteria orbi universo patuere. Ignorabatur....

## LECTIO III.

*Immaculate Joseph, salva nos, perimus.*

Mense in hoc beato Julio, quo multi tuorum cultorum postremam vitae tuae finitatem count, quae in uno mysterioso profundioris amoris extasi, omnes filii et filiae tui admirabilis Instituti ad tuum obsequium dicare proponimus, atque sub Angelorum visu, corda nostra offerimus, ut jam nostri non simus, sed omnino vivamus ad tuum amorem et gloriam consecrati. Utique, Pater noster Domine Sancte Joseph, salva nos, perimus; salva nos, te ferventes et afectuosas preces dirigentes; salva nos, tu qui cum Sacræ Familiæ caput tenerum et praevidens esses, nostram hodie tibi confidimus, quae vocationibus nobis a te datis componitur et quae nos vocavit. Utique, Pater noster Domine Sancte Joseph,



salva nos, perimus; salva nos, a miseriis nostris quae maiores, in numero sunt quam maris arenae; salva nos, nostrum intellectum illustrando, tali modo tenebrae ignorantiae ab eo fugiant, salva nos, ut ideas altissimas coeli efformemus, et salva nos ita ut, omne quod sumus et esse possumus, omne sub tuo patrocinio currat, ut sicut Jesus in brachiis tuis protectoribus quiescamus, et Pater noster sis ut omnes in genere dirigas et unumquemque in particulari per viam coeli. Amen.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Josephi moris angelici dicendi sunt munditiam virginitatis semper spirantes. * Sapientiam exprimentes divinam. ℣ Dum prudentissime concilia perficeret angelica ac divina ardens charitate Deum verum manibus pertractaret. Sapientiam....

# —DIA 27 DE JULIO.—

## LECTIO I.

### —EX DOCTORIBUS.—

Sanctissimus Joseph vi propriae dignitatis fuit vere maritus purissimæ Virginis Mariæ, reginæ cœli et terrae; et fuit eo ipso Rex coeli et terrae: Maria habuit perfectum dominium et jus ad omnia bona supernaturalia inter quæ potissimum est gloria; et etiam habuit illud Joseph.—*Egui.*—Deum subjici Josepho ut parenti, arguit eximium amorem in illum.—*Egui.*—Deus ipse reverentiam et subjectionem praestitit Josepho et aliquoties vidit intuitive divinam essentiam—*Egui.*—Sanctissimus Joseph superat in gloria omnes sanctos, sedetque in coelo immediate prope Christum Dominum post Mariam.

—*Suar.*—Sanctissimus Joseph vi propriæ dignitatis formaliter constituit unam familiam tam in coelo quam in terra cum Jesu et Maria, et conjunctus fuit Mariae et Jesu et in ordine hypostatico constitutus. —*Egui.*—Patres summunt excessum gloriae Sanctissimi Josephi ab unitate familiae quam constituit. —*Egui.*

Nos hæc sublimia, &c.

℟. Deo gratias.

℟. Euge, euge in nostram salutem, bone Joseph.* Tu enim debitores illos habes, qui omnibus mutuantur. ℣. Jesu et Mariae enim universi debemus; tibi autem, etiam illi debent. Tu enim....

## LECTIO II.

*Immaculate Joseph, salva nos perimus.*

Bone et miserator Pater noster Sanctissime Joseph, non possumus non te videre Protectorem nostrum magnum, cui confugimus, nos miseri Adæ prevaricatoris filii, quærentes atque majori cum instantia suplicantes, ut super nos miserearis, qui tamquam filii tui, et amoris tui filii, sub tum præsidium confugimus, ut nostrum Institutum, potentiæ tuæ opus, ut sic vere in Ecclesia Dei esse possimus; opus gratiae tuae est, ut sancti simus eoram Deo et hominibus. Respice quæsumus super hos filios tuos miserator Joseph, ut nostras apostolicas functiones dignissime exerceamus; dona nobis virtutes simplicitatis, humilitatis et salutis animarum zeli; fidelitatem in exactissima regularum observantia, et ut nostrum Institutum, augeatur atque multiplicetur milibus milium sanctorum et sapientium Missionariorum, nec non innumerabilium sororum josephinarum, quæ charitatem exerceant pauperum gratia.



Et omnia hæc ita consequi mereamur, ut die in diem concede, quæsumus, in via cœli progrediamur una virtutes tuas imitando. Magna gratia est quam petimus, quidem, sed etiam magna est gratia quæ a tua immaculata conceptione germinat filiorum tuorum gratia, nec non et filiarum ut sic omnes te benedicant, laudent atque glorificent, tamquam dignissimum Mariae Sponsum, et dignissimum Jesu Patrem. Amen.

Nos hæc sublimia, &c.

℟. Deo gratias.

℟. Divinus Joseph Christi præsentiam sive in infantili aetate, sive in adolescentia, sive in juventute. *Numquam sponte deseruit. ℣. Et videbat faciem Patris qui in coelis est. Numquam....

## LECTIO III.

*Pater noster Joseph, salva nos perimus.*

Nos, Pater noster Domine Sancte Joseph, tamquam filii tui, jure merito semper cum corde tuo conglutinati esse debemus; et uti cor Mariæ, et cor Jesu, ita cum vestro purissimo corde conjuncta erant, ut tria corda divinitus liquefacta erant in flamma Dei immensae charitatis infinita; ita nos conari debemus esse, et ex omnibus viribus nostris quidem laborare. Utique, dilectissime Pater mi Domine Sancte Joseph, conjungatur cordis mei palpitatio, ad illud tuum adorabile cor; et hoc modo, dies evenet dum meum esse omne sicut erit; cor meum ad amandum factum fortiter te amabit, Pater mi Joseph; voluntas mea tua erit; spiritus meus a peccati tenebris et imperfectionibus, quæ non videre te permittunt, deprehendentur; aspiramina mea erga omne quod formidabat me causa imperfectionum

mearum, raptabit; sitim habeam verae beatitudinis et tunc agnoscam te; quia tu es Pater meus et ego filius tuus, qui ad te confidenter confugio, inter centum vitae necessitates et ut ab hac die omnes tamquam veri josephini operemus, quorum objectum est facere ut omnis craeatura benedicat, honoret, laudet, atque glorificet. Amen.'

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Niger sum ut homo immaculatus ut Mariae Sponsus et Pater Jesu.*Et nolite me considerare quod fuscus sim, quia decoloravit me sol divinitatis. ℣ Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Et nolite.....

## —DIA 28 DE JULIO.—

### LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Hac de causa merito Joseph appellatur vir; quia vir numquam adversus se ipsum defatigatur; vir enim dicitur a vi.—*Diez.*—Sic mortuus erat Joseph mundo et carni ut nihil desideraret, nisi coelestia.—*S. Birg.*—Cur Sanctus Joseph tantum meruit honorari? Sane quod multum voluit humiliari.—*Card. Cam.*—Sanctissimus Joseph stupet, et gaudet, admiratur et laetatur, fervet intus spiritu, nec audet in tanta majestate attollere vultum ad Jesum.—*Thom. de V.*—Quomodo ingredietur in me arca Dei? Per hunc ipsum spiritum humilitatis voluit Joseph dimittere Virginem suam, quia erat Mater Dei.—*Alb. Mag.*—Divino nutu factum est, quod aberat Joseph, ne aliqua malæ suspicionis occassio daretur gentibus. —*Alb. Mag.*—Dicendo Virgo Maria; et Dominus



exaltavit humiles, hoc de beato Sponso suo specialiter dixisse credendum est.—*Card. Cam.*—Quia Joseph cum omni conatu, et vehementi desiderio, quærebat Christum propter bona spiritualia.—*Fac. de V.*

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Proprietates nostri Sanctissimi Josephi certissime fuerunt.*Desponsatio reginae coelorum, et nominatio Patris regis angelorum. ℣ Defensio Messiæ promissi in lege judaeorum, et educatio Salvatoris, omnium. Desponsatio....

### LECTIO II.

*Salva nos perimus, Potentissime Joseph.*

Domus Nazareth! A! quomodo non amari debet domus in qua vitam egerunt Jesus, Maria et Joseph? Imposibile videtur, veram ideam illius quod ipsa erat efformare, nam divinus amor de illa paradisum fecerat terrenum, aut melius dicam, domus illa omni veritate anticipatum erat coelum, quoniam ibi Verbi amor infinitus Incarnatus permanebat, ibique sine intermissione specialiori modo, ex illo torrente Joseph et Maria bibebant. O josephinorum felicitas! Utique, illorum felicitas omnino inneffabilis est, quoniam omnes domus nostrae felicissima imago esse debent benedictissimae domus Nazareth. O omnium Missionariorum beatitudo! O filiarum Mariae josephinarum gaudium! Quia sicut Jesus, Maria et Joseph sanctissimi fuerunt, ita similis sanctitas, et convenientior statui nostro, sexui et conditioni, nostra esse debet; et quemadmodum Joseph illius domus Rector fuit, et de facto omnia regebat et gubernabat, ita omnes nos regere debet et gubernare. Bone Sancte Joseph, in æternum serva, vestrorum

filiorum et filiarum in domibus, pacem, gratiam, lucem, consociationem, simplicitatem, humilitatem, animarum salvationis zelum, paupertatem, castitatem, obedientiam, amorem...... sed amorem illum divinum qui a Deo venit, et qui tali modo in nostro Instituto crescet, ut semper sint non pauci illorum filiorum filiarumque fidelissimorum, qui ad imitandam Sacram Familiam se ita consecrent, ut semper in omnibus velint quod melius est, facere.

Nos haec sublimia, &c.

℞ Deo gratias.

℟ Altior coelis est divinus Joseph, atque abysso profundior,*Si cœlum te vocem altior es, patrem præcedis. ℣ Si Patrem Dei te appellem dignum existis et si Dominum angelorum primus esse probaris. Si coelo....

## LECTIO III.

*Beati mundi corde, quoniam illi Jesum videbunt.*

Quamvis omnes mundi corde esse debemus, ad hanc enim munditatem Evangelii praecepta ducunt, sed Joseph specialissimam habet gratiam, quae filiis suis charioribus concedere vult, ut quidem modo specialiori, mundi sint corde qui Deum videant; et sint singulari modo, tu lilii purissimi propter conservationem, sanctae virginitatis. Utique, omnia josephini Instituti membra, ut usque in finem virginitatem suam, quae honorificentia ejus est vita, servare possint; eamque servare, non obstante, in poculo frangibile supellectilem pretiosiorem servare, eamque servare inter hujus mundi procellas, et pericula, ad Josephum confugere debemus Patrem nostrum Protectorem, Fundatorem, Servatorem et nostrum omne in omnibus etiam in majoribus tribulationibus. Ad Josephum confugiamus, qui primus fuit hujus virtutis ante illum ignotae exemplar fuit; ad Josephum confugiamus, cujus aroma spargebatur, et adhuc spargitur e polo ad polum universi; ad Josephum confugiamus, qui unicus inter omnes qui manum suam super virginalem Beatae Mariae manum posuit; ad Josephum confugiamus, qui tamquam sui virginalis matrimonii fructum, Jesum Virginem habuit, Jesum Virginum candidum Sponsum, Jesum, qui semper inter virginalia Mariæ et Joseph lilia vivere voluit Hanc, Virginalis Mariae Sponse, virtutem, quaesumus, quoniam ipsa beatos nos faciet in æternum. Amen.



Nos haec sublimia, &c.

℞ Deo gratias.

℞ Dominus Joseph fuit signum foederis inter Deum et hominem.*Ideoque Jesum oculis videt et exultavit. ℣ Fuit pia et religiosa cum Jesu conversatio et Christo Deo vero dies et noctes serviebat.— Ideoque....

# —DIA 29 DE JULIO.—

## LECTIO I.

### —EX DOCTORIBUS.—

Dicitur Joseph de domo David, non tantum propter generis successionem. sed principalius propter virtutum imitationem.—*Alb. Mag.*—Quanta Josephi virtus fuerit et quæ peculiaris non exprimitur præexcellentia.—*Delpas.*—Tale decebat habere nomen Sponsum Virginis, in quo invenitur mysterium omnis virtutis.—*Ludolf.*—Quoniam jam tantum proferat Joseph in devotione pueri et matris et familiaritate Angeli, quod non oportuit nisi fieri admonitionem.

—*Alb. Mag.*—Deus in premium virginitatis Josephi servatæ in conjugio, hunc miraculosum conjugii virginalis fructum Josepho dedit, donavitque.—*Corn.* —Filius accrescens Joseph. Filius accrescens; secundum nomen tuum sic et laus tua. Joseph, id est accrescens, augmentum virtutum dicitur, per quod continuus profectus virtutum invenitur.—*Ludolf.*

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Quamvis noster divinus Joseph et Joseph ab Arimathea nominati fuerunt justi.*Ut Evangelistæ dicunt. ℣ Tamen solus noster Dominus Joseph post Christum et Virginem Matrem justitiæ et gratiæ plenitudinem habuit. Ut....

## LECTIO II.

*Orate ut non intretis in tentationem.*

Magnus Pater noster Dominus Sanctus Joseph, omnia quælibet ab eo rogemus, tum ad corpus, tum ad animam, nobis filiis, filiabusque concedere cupit; sed media oratione ut hoc rogemus vult, ut cum tempore omnia hujus beati Instituti membra, homines orationis simus. Si omnis anima interior ad orationis spiritum obtinendum ad Sanctum Joseph confugere debet, nos tamquam Patriarchæ filii charissimi, omni cum veritate asserere possumus, nostro in sancto Instituto una in benedictionum suarum habemus, quod suo tempore orationis homines esse possimus. Illæ quasi semper animæ sunt profundæ in quibus manssio sua facit Deus, qui eas suaviter removet, qui ipsis inefabiles gemitus donat, quibusque Dominus Sanctus Joseph ad operandum in Instituto se inservire debet, et ut hoc tempore Sanctæ Ecclesiæ solatium sit. Ad hunc finem Joseph



ad res magnas eas destinavit, a terrenis deliciis eas extirpabit, divini amoris volnus eas progeneravit, facietque ut protinus jam non respirent nisi per coelum interim tulit eas ut submergant in gloria in extasi æterno. Fac, Domine Sancte Joseph, ut digni hoc dono efficiamur, quoniam id petimus per gratias quæ in gloriosis mysteriis vestræ immaculatæ conceptionis clausæ sunt.

Nos haec sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Dominus Joseph fuit divinus officio, habitatione, ac conjugio.*Gessit enim personam Dei Patris omnium conditoris. ℣ Dum ejusdem Verbi Incarnati Pater putabatur. Gessit....

## LECTIO III.

*Imitatores mei estote.*

Magnus Pater noster Dominus Sanctus Joseph, uti aliquoties se ad unaquæque sui sancti Instituti membra dirigit, ita nunc se ad ambarum superiores familiarum josephinarum tendit, eisque tenerrime ait: Imitatores mei estote. Tamquam magnus Pater noster Joseph, sicut Jesu Pater, specialissimum habuit officium; quod erat Jesum Æterno Patri consecrare, ita superiores nostri omnes subditos suos accipere debent, et sicuti totidem pueros, Sancto Josepho ipsos consecrare, et dum sub ejus presidium posuerint, quieti permanere possunt; nam gloriosus Patriarchau tad Deum crescant faciet, ad Sanctam Ecclesiam, ad sancti Instituti nostri honorificentiam, ad innumerabilium animarum salvationem, ad juventutis instructionem, et ad omnium fidelium ædificationem. Et omnia hæc, ita erunt, quia ab illo momento, quo Sanctus Joseph meliorem filiorum hominum filium

in ulnas suas portavit, specialiter tyrones in suo Instituto diligit; quoniam ipsi in memoriam suam redent Jesu innocentiam ipsosque sibi traxit, ut eos permulceat et benedicat. Omnes ergo, Missionarii et Josephinæ nobis servat.

Nos haec sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Dominus Joseph cum Christo Deo conversatus est *Et cum quo multos per annos comedit et bibit. ℣ Et sub idem tectum habitavit. Et cum....

## —DIA 30 DE JULIO.—

### LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Si quibus ad horam Christum videre aliquando licet, ii spiritus fervorem ardentissimum concipiunt, quantam charitatis flammam existimabimus in Josepho fuisse qui illum educavit; quem Filium Dei et mundi Salvatorem, non solum perfectissime credebat, sed suis obsequiis praesens verêbatur?—*Tol.*--Mutua illa Joseph conversatio cum Domino Jesu, et Virgine Maria immensam ejus arguit sanctimoniam.—*Ekio.*—Non existimo esse temerarium, neque improbabile; sed pium potius et verisimile, si quis fortasse opinetur Sanctum hunc Josephum reliquos omnes in gratia et beatitudine antecellere.—*Suar.*—Dico magis vere quam audacter supra omnes choros angelorum, nedum apostolorum esse Sanctum Joseph collocatum ad dexteram Virginis.—*Hier. Gad.*

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Nostro divino Josepho nomen Patris Jesu



Deus liberalissime concessit.*Et rem etiam nominis cum plena auctoritate. ℣ Constituuit eum Dominus domus suae. Et rem.....

### LECTIO II.

*Filios meos saturabo panibus.*

Si certum est quod pauperes numquam in oblivione debent Sanctum Josephum, ferre abunde enim existimationem adepta sunt christiana saeculae in factis authenticis bene fundatam, per quos Sancta Teresia et post eam multi alii Sancti, ad ipsum sub hoc respectu commendandum, multum adjuvarunt; certissime apparet ut nos qui sanctum suum Institutum efformamus, atque filii ejus sumus privilegiati, potentiora motiva et eficatiora habemus, ad fiduciam nostram in illo reponendam, et ut secure habeamus, quod tamquam sui veri filii, omnibus in necessitatibus abundanter nos sucurret. Domus nostrae, fundationes, scholæ, gymnasii, exercitia et adhuc Missiones nostrae, nec non et omnia sororum nostrarum opera, ipso facto ad nostras fundationes stabilire dispendia magna non postulamus, sed multoties inexcusabiliori contenti sumus, aliquoties parva domo, et pluries nostri absque cuia fundationem aggredimur; exinde sequitur, quod sicut pauperes perpetue transimus per septem annos sterilitatis quibus olim Ægyptus afligebatur. Hac de causa omnia quae nobis sese offerant opera accipiemus. Et etiam omnes vocationes quae noster bonus Pater nobis mittat, accipere fas est, sine suæ paupertatis visione, nam persuasi esse debemus, quod Patriarcham invocando, hic nobis signabit fertilitatis horreum, ubi reservationes suas habet ut panem det esurientibus, ignaris instructionem, om-